

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Deuocio h
cum fonte primo

Non omnibus eodem modo data est gracia ista,
scilicet deuocio.

Porro Thomas in latere, Iohannes in pectore,
Petrus in sinu Patris, Paulus in tertio celo secreti
huius graciam sunt assequuti.

Prior mulier,
scilicet Maria,
strauit sibi in tuto humilitatis, posterior,
scilicet Magdalena,
in solio spei, Thomas in fundamento fidei,
Iohannes in lato caritatis,
Paulus in intimo sapientie,
Petrus in luce ueritatis.
Sic apud sponsum mansiones multe sunt.

Bernardus super Cantica.

[fons nondum repertus]

Porro Thomas in latere, Iohannes in pectore,
Petrus in sinu Patris, Paulus in tertio caelo,
secreti huius sunt gratiam assecuti.

Quis nostrum digne distingue sufficiat
has varietates meritorum, vel potius praemiorum?
Ne omnino tamen praeteriisse
quod ipsi novimus videamur,
prior mulier

stravit sibi in tuto humilitatis, posterior

in solio spei, Thomas in solido fidei,
Iohannes in lato caritatis,
Paulus in intimo sapientiae,
Petrus in luce veritatis.

Sic ergo apud sponsum mansiones multae sunt;
et sive regina, sive concubina,
sive etiam sit de numero adolescentularum,
congruum quaeque pro meritis accipit locum
terminumque, quoisque liceat sibi contemplando
procedere, et introire in gaudium Domini sui,
et rimari dulcia secreta sponsi.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super
Cantica canticorum*, 23.9-10 (SBO 1, J. Leclercq,
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.145, ll.5-16).